



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Baptismus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

etiam de receptantibus hæreticos, Ca-  
jetan. in sum. de excommun. cap. 1. & Na-  
var. cap. 27. num. 53. Cast. lib. 1. cap. 16. 17.  
de just. hæret. punit.

Secundò, bannitus perpetuò est pri-  
vatus beneficio. ratio est, quia cum  
beneficio inservire nequeat, potest eo  
jure privari, Panor. in cap. cum non ab  
homine, de judic. Rebuff. tit. de mod. ad-  
mit. benef. num. 57. & ita etiam censен-  
dam est de condemnatis perpetuò ad  
triremes.

## BAPTISMUS.

**A**N infans doli capax tenens ali-  
quem in Baptismo contrahat cog-  
nationem spiritualem? Respondetur,  
quòd sic; similiter si puer teneat ali-  
quem in Sacramento confirmationis,  
Navar. conf. 2. de cognat. spirit. similiter,  
potest aliquis minor ætate tenere ma-  
jorem natu in duobus dictis Sacramen-  
tis, idem conf. 4. eod. tit. nec valet regu-  
la de adoptanti.

Pater tenens filium in Baptismo in  
necessitate, non contrahit cogratio-  
nem spiritualem, fallit in fornicatore,  
vel adultero, tenente filium suum,  
quem habuit ex concubina, quia tunc  
contraheret etiam in necessitate, idem  
loc. cit. conf. 5. & in Manual. cap. 22.  
num. 40.

Cognatio spiritualis contrahitur per  
procuratorem, & licet sit varia Do-  
ctorum opinio, tamen communis in-  
clinat, quia si hoc potest introduci con-  
suetudine, Navar. conf. 9. loc. cit. Sylvest.  
in ver. Matrimonium, 8. §. 7. ver. 14. Sot.

4. sent. dist. 6. 27. q. 1. art. 3. & d. 42. q. 12.  
ar. 2. in fin. Ang. in ver. impedimentum,  
7. nu. 14. & si dices, compaternitas  
contrahitur per tactum, ergo non por-  
est contrahi per procuratorem? Re-  
spondetur, quòd procurator tangit no-  
mine sui principalis, & ideo probato  
tactu, probatur & compaternitas, Ge-  
min. in conf. 110. & 130. Capitaq. decis.  
164. 1. p. & decis. 146. p. 3. & ubi non est  
tactus, non contrahitur compaterni-  
tas, idem dec. 186. p. 3. & valet argu-  
mentum de tactu in ordinandis, quia  
opus est, ut tangat instrumentum, quo  
imprimitur character, Sot. 4. sent. dist. 24.  
qu. 1. art. 3.

## BARONES.

**P**rimò, quòd dictum est, Barones  
non debere solvere servitia vasal-  
lorum juxta taxam antiquam, secun-  
dum pretia presentis temporis, vide  
quòd notat Navar. consil. 1. de jure jur. &  
dam. dat. ubi dicit, quòd variatis tem-  
poribus & pretiis auctis circa panem,  
vinum, & alia obsonia, vestes, & cal-  
ceamenta, debent etiam augeri salaria,  
seu stipendia militibus, & ita censен-  
dum est de vasallis à simili, propter i-  
dentitatem rationis.

Secundò, quæ differentia sit inter  
Imperatorem, Regem, Principes, Du-  
cem, Marchionem, Comitem, & Ba-  
ronem, vide gloss. in capit. funda-  
menta, in ver. Marchio, de e-  
lect. lib. 6.

BENE-